



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Legatos Erfordiam mittit, eorumque expeditio.

bas, dum altera in alterius timore contentur. † cum hisce mandatis Legati mittuntur Erfordiam, simul ut iuramentum à senatu domesticas ob miserias hæctenus intermissum, exigant; quo cum omni submissione præstito, Consilarii discordias aggrediuntur, cumque in patriciis ingentem insolentiam, in plebe ferociam reperissent, utrique indulgent. Quies autem publica severissimis mandatis indicta. Simul ad tutandam Urbem contra Landgravium, & stabiliendam securitatem hortationes addita. † Mansit igitur tribunitia potestas, & indies plebis libertatem, accedentibus Quatuorviralibus liberis, * earumque Electorali confirmatione adauxit. Etenim post undecim annos scilicet hujus sæculi vigesimo secundo Senatus hos Quatuorviros suum in numerum debuit recipere, tantumque favore plebis effecerunt, ut demum in electionibus magistratuum, nulla patriciatûs ratio amplius habita. Jidem Legati religiosos, quos Servitas † dicimus, introduxerunt, (a) jusque monasterium ad portam Kremperianam assignarunt, monialibus, quæ prius illud tenuerant, in Brületum † transferunt. ubi hodiè sub auspiciis D. Martini psallitant.

Cõfirmatur tribunitia potestas.

*MCCXXI.

Monachi servitæ Erfurti recipientur.

Moniales ad S. Mart. transferuntur.

*MCCCXI.

Bellici Frid

IV.

Lad. redintegatur.

*Restituta quieti suæ Urbs denuò bellum meditatur, † seque ad defensionem contra

Fri-

(a) MS. Chronica Bibliothecæ Casar. Vind.

Fridericum armat, ille (a) validum exercitum contra Erfordiam educit, undique vias, ipsas ad eò civitatis portas obsidet, ut ne ad colendos quidem agros exitus liber foret. Tulit hæc Civitas constanter. † Longiorem moram abrumpere volens hostis, ipsam civitatem omni exercitu impugnat, castra intrà Hocheim & Urbem figit. Sed præter incendia, quibus patula adhuc suburbia devastavit, & vinearum damna, dum vites radicitus evulsit, parum effecit. Crevit interim annonæ caritas in urbe, agris incultis jacentibus. Remedium ergo quærendum videbatur, quo se à molestissimo Friderico tuerentur. † Iterum Mülhusia, & Northusani ad fœderatus invitantur: Arma jungunt Fuldenfis & Hirsfeldensis Abbates, quorum prædia per Thuringiam Landgravius infestaverat. Urbs etiam necessitates suas Moguntiam ad Electorem defert, † is Cæsarem Henricum implorat. Cæsar Burgravium † Norimbergensem cum armatâ manu Erfurtensibus submittit. Insuper Landgravius Hassiæ, † inquietum Frederici genitum, & crescentem ejus potentiam, præsertim si Erfordiam adjiceret, timens, fratrem suum cum equitibus ablegat. Juncta hæc arma † Urbi vias aperiunt. * Interim Landgravius alio bello à Wolde-
maro Brandeburgico in Lusatiâ distrahitur, *MCCCXII

Civitas obsidetur incassum.

Urbs fœderatos de auxiliis sollicitat.

Moguntini etiam implorat.

Cæsar ad imploratiõ.

Moguntini auxilia mittit.

Etiâ Hassia Landgrav. succurrit.

Obsidio solvitur.

(a) Rivander & alii in Chron. Thuring. hoc anno & MS. Erfurtensia.

tur, atque commissâ infelici pugna captur. Erfurtenses intercepto Rinkleben, cui expugnando mensem insumpserant, & Sommerdâ, copias auxiliares dimiserunt. Duravit cum Landgravii captivitate quies, sed hoc per astum à proceribus Thuringiæ liberato, denuò bella. * Vindicare clades Landgravius voluit captivitas. (a) Primam iram in Abbates effudit, quos ademptis eorum villis & pagis in Thuringiâ, ad pacem emendam coegit. Mox inopinantem Mülhusiam, & Northusiam penè oppressit, atque pacis leges, ut Damna pecuniis resarcirent, fœderi & Erfurtino renunciarent, obtrusit. Jisdem conditionibus Comes Vinariensis subjectus. Jam omne bellum destitutæ sociis Erfordiæ imminabat. Deliberatum ergo de pace, & Urbis Senatus continuandum esse bellum suadet, & vivere eundem Electorem, cujus intercessione ab Imperio nuper auxilia acceperint, superesse pristinam fortitudinem, animos & vires Erfordiæ, elatum victoriolis Frederici animum, ut ab eo pax nisi turpis sperari nequeat, quâ victricem Urbem suam, & hanc ætatem fœdare non debeant. Néc curandum quod devicti Socii fœdus abjurârint, verba dixisse, mente jurasse nihil iniquissimo hosti, spem summam in Erfordiâ repositam habere, quæ ut primum Frederici victorias sistet, omnes

MCCCXIII.

Landgravius denuò bellum molitur.

Erfordiam fœderatis vindat.

Deliberatum de pace.

Senatus & plebis diversæ opiniones

(a) Dicta Chronica.

in communem hostem arma juncturos. Plebi belli incommoda pertasæ pax arri-
debat: Cæsarem in Italiâ dysenteria con-
sumptum, & sine capite esse Imperium,
animos Electorum divisos, (a) omnia dis-
crimen spectare, ut parum à Moguntia præ-
sidii supersit. Ædificia publica penitus
collapsa, arario vix bello sufficiente, a-
gros esse incultos, & jacere commercia,
adeò ut (b) viæ, gramine virentes, à re-
liquo campo vix discernantur. Pacem
ergo, si pecuniâ possit, emendam esse.
Illud insuper plebem angebat, bello se po-
tissimum atteri, proinde à Patriciis trahi,
ut quod per Legatos Moguntia non potu-
erint, plebis facultatibus consumptis, vi
efficerent. Nunciatum ergo senatui per
tribunos plebis, pacem ineundam esse,
dum pecuniâ posset. Missi ad Landgravi-
um, † qui negotium promoverent. * Legati ad
Pacem se adferre, ajunt, & bellum, utrum ex his pacem ineun-
Fredericus eligeret, nec credituram urbem eum pa- dam missi
cem præoptare, quamdiu paternæ voluntati contrari- ad Landg.
us venditos Erfordia pagos vindicaret. Non se nisi *MCCCXIV
prius aris & focis, glebâ terræ cessuros, quam pien-
tissimo titulo consecuti, dum officium filii suppletes
Jeni Alberto alimenta præbuerint. Ast si pecuniâ
mitigari animus possit, pro facultatibus se oblaturos.
Fredericus † vires Erfordia sæpè expertus Pax initur.
oblatam conditionem acceptat, numera-
tâque pecuniâ venditionem pagorum à
Patre

(a) De qua divisione Burgundus in Ludovico IV. lib. I.

(b) MS. Chron. Erfurt.

Patrefactam ratihabet, honores, & donationes majorum confirmat, mutuis benevolentis confirmata pacta. * Fredericus (a) † Urbi Mittelhusiam, & Rieth-northusiam sub titulo comitatus minoris ad Geram trecentis marcis argenti, reservato redimendi jure, vendit. Auctum postea pretium videtur, cum octingentis marcis redemptio facta sit. Necdum cum bello finita calamitas: quippe creverat haecenus annona, ac licet ruricolae arva denuò colerent, attamen inter lolia, † quae pluribus annis agros infederant, murium, locustarum, & nocivorum ejusmodi animantium ingens multitudo generata, quae universam segetem insequenti vere depasta est. * Ea † caritas annonae subsecuta, ut in solâ hac Urbe septies mille, nongenti, octuaginta quinque homines fame interierint, nec sine periculo contagionis tot interemptos mœnia capiebant, ideo Schmidstadium devectora cadavera, ibique sepulta sunt. Ad caritatis hujus memoriam in festo S. Marci panes usque hodiè pinfuntur, ejus magnitudinis in quâ tunc nummo argento venierunt, non panes dixeris, sed bolos, quippe singuli vix palatum implent. Famem hanc ut solet, pestis subsecuta, † quae tertiam partem hominum absumpsit, per totam Europam serpsit contagio. * Tot fracti malis

Locustarum multitudo.

MCCCXVI. Caritas annonae.

Pestis.

* MCCCXVIII.

(a) Extant hac de re documenta in Archivo.

lis Thuringi, universalem † pacem ^(a) Thur. uni-
inter se Elector, Principes, Abbates, Co- versalē pacē
mites Urbes iniverunt. ineunt.

* Capitulum † B. M. Virginis à Frederico V.
& Günthero fratribus, Comitibus in Beich- * MCCCX
lingen Rudelstadium majus ^(b) centum XII.
sexaginta marcis argenti puri cum advoca- Ecclesia B.
tiâ & omni jure emit; feudum erat Land- M. V. emit
gravii, cujus assensum venditor, datis Rudelstadii
Fidejussoribus promisit, * præstitit post majus.
biennium, datâ libertate solennibus liti- * MCCCXX
ris ipse Landgravius alienationem confir- IV.
mavit. Erfurtenses collapsa temporum
injuriis ædificia reparant. Ipse etiam Mat- Ponsmerca-
thias † Elector ^(c) pontem mercatorum la- torum ex la-
pideum anno hujus sæculi vigesimo quinto pidibus ex-
erexit, cum superiore anno splendido ap- struitur.
paratu huc venisset, atque exacto prius Matthias
homagio in Basilicâ Marianâ decente ritu * ArchiEp.
primitias ^(d) Numini † sacrificasset. * primitias
Diffensiones paulò post inter Electorem, & Erfurii ce-
Erfordiam ortæ; causa illarum Northusia, lebrat.
† quippe ibi contrâ Senatores ingens tu- * MCCCX
multus. Clerici etiam furorem experti, XV.
quorum ædes spoliatæ, equi in ipso tem- Northusia
plo stabulati sunt. Motus iniquitate rei in Clerum
Elector, intentato prius sed contempto insurgens à
spirituali gladio armatâ manu seditiosos Moguntino
aggressus, Vasallo suo Comiti de Hohn- compescitur
stein, ut omnem comeatum interclude-
ret,

(a) Chronica Thuringiæ hoc anno.

(b) Antiquissima monumenta Archivii Marianæ.

(c) MS. Chron. Erfurt.

(d) MS. Chron. Petrense.